

sint consummati in unum, ut cognoscat mundus quia tu me misisti et dilexisti eos, sicut et me dilexisti" (Io 17, 23), sane etiam in cruce conspicitur dilectio Patris erga nos: In hoc apparuit caritas Dei in nobis quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum ut vivamus per eum.... ipse prior dilexit nos et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris (1 Io 4, 9.10; cf. Io 3, 16).

Qua in clarificatione et cognitione distinguendus est duplex aspectus. Sub ~~x~~ alio enim aspectu in dilectionem movemur: Et notum feci eis nomen tuum et notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis (Io 17, 26). Sub alio autem aspectu revelatur ~~x~~ Dei veritas. Sicut enim dixerat Christus de clarificatione: Sed propterea veni in horam hanc (Io 12, 27); ita etiam dixit: Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati (Io 18, 37). Et cum multis veritatibus testimonium Christus perhibuerit, etiam huic testimonium perhibuit "quia caritas ex Deo est," "quoniam Deus caritas est," "Deus caritas est et, qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo" (1 Io 7.8.16). Ubi enim Christo creditur, ubi Christus crucifixus neque scandalum neque stultitia ~~neque mythus est, ibi in Christo crucifixo perspicitur non tantum~~ ~~ipsum factum quod Deus diligit sed etiam revelatio divinae veritatis~~ ~~existentialis~~ ~~ibi mandatum dilectionis quod nobis datur,~~ ~~mandatum dilectionis quod Christo a Patre datum est~~ ~~neque mythus est, ibi etiam ascenditur ex contingenti veritate~~ ~~quae Christo mandatum a Patre datum expressit~~ neque mythus reputatur, ibi in unum coeunt illa duo: "Sicut dilexit me Pater, ego dilexi vos," et "Qui videt me, videt et Patrem." Sicut enim ~~x~~ e temporali et contingenti dilectione Christi hominis ad aeternam et necessariam Patris dilectionem ascenditur, ita etiam e veritate et honestate dilectionis Christi ad aeternam veritatem et honestatem divinae dilectionis proceditur.

Sicut enim nobis datur mandatum ut diligamus invicem sicut Christus dilexit nos, ita et Christo datum est mandatum animam ponendi ut iterum summat eam (Io 10, 17.18). Quo in mandato observato elucet ~~in~~ summa dilectio: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis (Io 15, 13). ~~Quae summa dilectio Iudaeis quidem scandalum, Graecis stultitia est, sed vocatis Dei virtus est et Dei sapientia (1 Cor 1, 23.24).~~ Quae summa dilectio apud Paulum nominatur "Christus crucifixus" qui Iudaeis scandalum, Graecis stultitia, vocatis denique Dei ~~est~~ virtus et Dei sapientia (1 Cor 1, 23.24). At eadem summa dilectio apud Ioannem est exaltatio Filii hominis (Io 3, 14; 8, 28; 12, 32) et eius et Patris clarificatio seu divinitatis manifestatio (*δοξάζειν*).

Io 12, 23.24: Venit hora ut clarificetur Filius hominis. Amen, amen, dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Io 12, 27.28: Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de caelo: Et clarificavi et iterum clarificabo. Io 13, 31.32: Cum ergo exisset (Iscariotes), dixit Iesus: Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semet ipso, et continuo clarificabit eum. Io 17, 1: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Io 17, 4: Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Cf. Io 19, 30.

~~Quae clarificatio super terram in cognitionem conducit. Sicut enim omnes cognoscunt discipulos Christi per mutuan eorum dilectionem (Io 13, 35), ita in cruce conspicitur dilectio Christi erga Patrem. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum mihi dedit Pater, sic facio (Io 14, 31). Sicut oravit Christus "ut omnes~~